

Foveae ad 3 in verticillis alternantibus dispositae, sequentes ejusdem orthostichae inter partes aequales 9 mm dissitae, labio inferiore producto, rotundato, sub floribus emergentibus fisso, superiore paulo, sed conspicue protracto. Flores ♂ nondum aperti, majusculi.

Colombia: Cauca, an den östlichen Gebirgshängen des Guanaacas, 2800—3200 m. Die Früchte länglich, mit einer bläulichschwarzen Pulpa (27. Februar 1883 — F. C. Lehmann Nr. 2640).

Nahe *G. pachyclada* Burret. Während jedoch bei dieser die jungen Kolbenäste vollkommen kahl sind, schon die ganz jungen Äste sind kahl und bläulich bereift, sind sie bei dieser Art mit einem dichten grauen Filz bedeckt.

Geonoma leptoclada Burret nov. spec. — Caudices digiti crassitie, usque 2 m alti. Petiolus visus 31 cm longus, glaber vel glabratus, i. s. albidus, supra canaliculatus. Lamina ambitu oblonga vel latiuscule oblonga, 75 cm circ. longa, sat tenuis, i. s. glauca. Rhachis 60 cm circ. longa, subtus, ut videtur, primo cinnamomeo-furfuracea, glabrescens. Lamina irregulariter pinnatisecta, utrinsecus nervis primariis 30—32 percursa, segmentis plurinerviis et uninerviis vel paucinerviis, in frondibus 2 visis segmenta suprema 2 utrinsecus lata, falcata, 6,5—8,5 cm lata, in margine superiore 14—25 cm longa, vel inter ea uninervium interjectum, inferne in utroque latere segmenta plurinervia 2—3 atque uninervia 3—4, haec omnia, praecipue uninervia, conspicue sigmoidea. Nervi primarii et secundarii subtus fere aequivalidi, tertiarii plures utrinque conspicui; inter tertiarios 2—3 transversales tenues, undulati, supra melius quam subtus visibiles. Spadix 27 cm longus, duplicato-ramosus. Pedunculus 11 cm longus. Spatharum annuli 3 cm dissiti. Pedunculus ut rami ramulique dense granulosi, rami ramulique albido-hirsuti, tenues. Rami primarii circ. 10, basi bractea late rotundata suffulti, infimi 2 ramulos 3—2 nascentes. Ramuli 10—7,5 cm longi, apice espinosi, foveis spiraliter dispositis. Axis ipsa 1—1,5 mm tantum in diam., sed foveae nonnihil inflatae. Foveae labio superiore nullo, ita ut superne sensim in ramuli superficiem transeuntes. Labium inferius nonnihil productum, sed truncatum vel vix rotundatum, integrum, extus superne apicem versus leviter striatum. Flores ♂ e foveis nonnihil emergentes, albid.

Guatemala: An den Südhängen des Vulkans de Santa Maria, in dichten Wäldern, 2000 m. Sehr selten. Die Stämme fingerstark, bis 2 m. Laub robust, dunkelgrün. Blüten weiß (22. Juni 1882 — F. C. Lehmann Nr. 1613).

Von verwandten Arten kommt nur *G. ramosissima* Burret in Frage, von der sich die vorliegende schon durch den sehr kleinen

Kolben unterscheidet. Auch sind die Wedel im Verhältnis zu denen von *G. ramosissima* klein.

Euterpe andina Burret in Notizblatt Bot. Gart. u. Mus. Berlin-Dahlem XI (1932) 322.

Inzwischen habe ich mich im Pariser Herbar an Hand eines Kolbenastes überzeugen können, daß *Euterpe frigida* (H. B. K.) Burret tatsächlich, wie nach der Beschreibung angenommen, zu dieser Gattung gehört und auch von *E. andina* spezifisch verschieden ist. *E. frigida* ist *E. purpurea* Engel anscheinend näher verwandt und mit ihr genauer zu vergleichen.

Frau E. Dryander sandte von *E. andina* neues Material ein, unter dem sich auch ein Fruchtkolben befindet. Hiernach füge ich die Beschreibung der Früchte bei, die für *Euterpe* von besonderem Interesse sind:

Fructus globosi, 11 mm cum perianthio alti, 10 mm lati, i. s. nigri, minute granulosi vel breviter lineolati, stigmatum residuis in $\frac{3}{4}$ altitudine lateris sitis. Pericarpium tenue, fragile, i. s. $\frac{1}{3}$ mm circ. in diam. Sub epicarpio stratum carnosulum tenuissimum, vix conspicuum, dein stratum corneum, fragile, dein endocarpium fere pelliculare, fibris planis, flexibilibus, plus minus retusis, sed paulo solutis; endocarpium pelliculare prope hilum cum testa semini adhaerens, ad marginem haud in fibras solutum. Semen globosum, normaliter circ. 7 mm in diam., dense, profunde ruminatum. Perianthium fructiferum 8 mm fere in maximum diam., calyx 6 mm. Sepala latissime ovata vel fere rheniformia, sed plerumque plus minus irregulariter fissa. Petala late rotundata, summo apice valvato obtuso. Perianthium intus staminodiis breviter dentiformibus.

Colombia: San Antonio über Cali, 1800 m (Frau E. Dryander Nr. V).

Euterpe panamensis Burret nov. spec. — Caudex ex spadice basi superne 4 cm in diam. Frondis vagina 75 cm longa visa, praeter costam pro rata tenuis, flexilis, i. s. densissime costata, extus primo fusco-leprosa, demum fere omnino glabrata. Petiolus 12 cm longus visus, fusco-leprosus, glabrescens, supra nonnihil excavatus, 13 mm ad apicem in diam., dorso rotundatus. Rhachis subtus fusco-leprosa, lepidiis sat densis, irregulariter suborbicularibus, ad marginem pallidis. Segmenta regulariter disposita, patentia, linearia, sensim, longe, angustissime acuminata, acumine rigido, in fragmentis visis usque 3 cm lata. Costa media et saepe etiam nervi majores subtus paleis linearibus, fuscis praedita, praeter costam mediam dextra sinistra nervi majores 2 — marginalibus exceptis — et tenuiores pauci,